



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus XLIII. De Dominica V. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

I. Septembris subequenti Antiphona ad Magnificat est: Cum audisset Job &c, ut Sabbato infra Hebd. V. Augusti in Propr. de Temp. Col. rid. nisi occurrat aliqua Octava.

TITULUS XLIII.

De Dominica V. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

DOMINICA V. AUGUSTI (nisi ea sit propinquior Calendis Septembris atque adeo cum sua Hebdomade omittatur, eo quod Dominica proximior Calendis sequentis Mensis, licet veniat in precedenti Mense, sit I. Dominica sequentis Mensis) Officium fit in hunc modum. In I. Noctur: continuantur Lektionen de Libro Ecclesiastici, seu Scriptura occurrente in Proprio de Tempore. In II. quoque Noct: si fiat de Dominica, dicuntur ut ibi. In III. Noct: dicuntur de Homilia illius Dominice, quae secundum Ordinem Dominicarum post Pentec: occurrit. Responsoria, & reliqua omnia dicuntur uti Dominica I. Augusti: exceptis Antiph: ad Benedi: & ad Magnificat, quae una cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Idem est de Missa, quae de reliquo dicitur ritu ac modo superius Dominica III. post Pentec: descripto.

Ubi etiam alia universis Dominicis post Pentec. communia. Rit. sem Col. Vir. nisi veniat infra aliqua Octavam.

Infra Hebdomadam V. Augusti (nisi omittatur) sunt omnia normam hebd. I. Augusti, exceptis lectionibus, quae sunt de Scriptura occurrente. Col. Virid. nisi occurrat aliqua Octava.

Sabbato ante Dominica Septembris, hoc est, proxima Calendis Septembris, Antiphona Magnificat pro seq: Dominica Cum audisset Job &c.

Ubi cras ex Sedis Apostolorum Indulto celebratur Festum Ss. Augustini & Victoris. Custod. Officium ordinatur infra, & 2. Octobr: sitque de eadem Dominica in hodiernis vestigiis commemoratio etiam ibi, ubi festum illud est Titulus, seu Patrocinium Templi, adeoque I. Classis. Col. Virid.

